



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 De causis sacrorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

solemnitates temporales, & una continua, ut possit colligi. Num. 28. & 29. Erat enim quasi continuum festum, quia quotidie mane, & vespere immolabatur agnus. & per illud continuum festum iugis sacrificii representabatur perpetuitas diuinæ beatitudinis. Festorum autem temporalium primū erat, quod iterabatur quilibet septimana: & hac erat solemnitas sabbathi, quod celebrabatur in memoria creationis rerum, ut supra dictum est. * ¶ 100. art. 5.

Alia autem solemnitas iterabatur quilibet mense, scilicet festum Neomeniæ, quod celebrabatur ad commemorandum opus diuinae gubernationis. Nam hæc inferiora præcipue variantur secundum motum Lunæ: & ideo celebrabatur hoc festum in nouitate Lunæ, non autem in eius plenitudine, ad evitandum idolatratus cultum, qui in tali tempore Lunæ sacrificabant. Hæc duo beneficia sunt communia toti humano generi, & ideo frequenter iterabantur alia uero quinque festa celebrabantur semel in anno, & recolabantur in eis beneficia specialiter illi populo exhibita. Celebrabatur n. festum Phœbe primo mense ad cōmemorandum liberationis beneficij ex Aegypto. Celebrabatur autem festum Pentecostes post quinquaginta dies, ad recolendum beneficium legis dærae: alia vero tria festa celebrabantur in mense septimo, qui qualibet totus apud eos erat solemnis, sicut & septimus dies. In prima enim die mensis septimi erat festum tubarū, in memoriam liberationis Isaæ, quando Abraham inuenit arietem harentem cornibus, quæ representabant per cornua, quibus buccinabant. Erat autem festum tubarū, quasi quedam initatio, ut præparent se ad sequens festum, quod celebrabatur decimo die: & hoc erat festum expiationis in memoriam illius beneficij, quo Deus propitiatus est peccato populi de adoratione vituli ad preces Moyi. Post hoc autem celebrabatur festū scenopegiæ, id est, tabernaculorum septem diebus, ad cōmemorandum beneficium diuinae protectionis, & deductionis per deseruum ubi in tabernaculis habitauerunt: unde in hoc festo debebant habere fructum arboris pulcherrimæ, id est, citrum & lignum densatum frondi, id est, myrrhū, quæ sunt odorifera, & spatulas palmarū, & salices de torrente, quæ diu retinent suum uirorem: & hæc inueniuntur in terra promissionis, ad significandum, quod per aridam terram deserti eos duixerat Deus ad terram deliciosam. Octauo autem die celebrabatur aliud festum, sc̄. coetus atque collectæ, in quo colligebant a populo ea, quæ erant necessaria ad expensas cultus diuini, & significabatur adunatio populi, & pax præfita in terra promissionis. Figuralis autem ratio horum festorum est, quia per iuge sacrificium agni figuratur perpetuitas Christi, qui est agnus Dei, sicut illud Hebr. ultim. Iesus Christi heri & hodie, ipse & in secula. Per sabbathū autem designatur spiritualis requies nobis data per Christum, ut habetur ad Hebrew. 4. Per Neomeniam autem, quæ est intensio noctis Lunæ, significatur illuminatio primitiæ ecclesiæ per Christum eo prædicante, & miracula faciente. Per festū autem Pentecostes significatur descentus Spiritus sancti in Apostolos. Per festum autem tubarū significatur prædicatio Apostolorū. Per festū autem expiationis significatur emundatio a peccatis populi Christiani. Per festum autem tabernaculorum peregrinatio eorum in hoc mundo, in quo ambulant in virtutibus proficiendo. Per festū autem coetus atque collectæ significatur cōgregatio fidei.

lium in regno coelorum: & ideo istud festum dicitur sanctissimum esse. Et hac tria festa erant noua adiunctionem: quia oportet expiatos a uitiis perficer in uirtute, quousque perueniant ad Deum, ut dicitur in Psalm. 83.

ARTICVLVS V.

Vtrum sacramentorum veteris legis conuenient causa esse possit.

AD QUINTVM sic proceditur. Videtur, sacramentorum veteris legis conuenient causa esse non possit. Ea enim quæ ad cultum diuinum fiunt, non debent esse similia his, quæ idolatria seruabantur: unde dicitur Deuter. 22. Non facies liter Domino Deo tuo: omnes enim ab omnibus quibus aduersatur Dominus, fecerunt dñs sed cultores idolorum in cultu eorum cultus fieri debant usque ad effusione sanguinis. Dicitur et 3. Reg. 18. quod incidebant & iuxta titum suum & lanceolis, donec perfunderentur tangui propter quod Dominus mandauit Deuter. 14. Uos incidetis, nec facietis calixum superiorum quoniam populus sanctus es Domino Deo nostro elegit, ut lis ei in populum peculiarem demgentibus, qui sunt &c. Inconuenienter igitur cūsilio erat instituta in lege.

¶ 2 Præte. Ea quæ in cultum diuinum fiunt, honestatem, & grauitatem habere, sicut illud 3. 4. In populo graui laudabo te: sed ad levitatem pertinere videtur, ut homines festinantes inconuenienter igitur præceptum efficiunt. vt comedentes festinanter agnū paschalem, etiam circa eius cōmestionem sunt inhibiti, videntur omnino irrationalia esse.

¶ 3 Præte. Sacra menta veteris legis figura sunt sacramentorum novæ legis: sed per agnum præfiguratur sacramentum Eucharistia, sicut illud 1. ad Corinth. 5. Pascha nostrum immolatus Christus, ergo etiam debuerunt esse aliqua facta in lege, quæ præfigurarent alia sacramenta legis, sicut confirmationem, & extremam unum, & matrimonium, & alia sacramenta.

¶ 4 Præte. Purificatio non potest inconvenienter nisi ab aliquibus immundis: sed quantum ad Deum corporale reputatur immundus, quia omnipotens creatura Dei est, & omnis creatura Dei bona nihil reiciendum quod cum gratiarum actione cipitur, ut diei 1. ad Timot. 4. inconvenientur purificabuntur propter contractū hominum tui, vel pp alicuius stultusmodi corporalium infirmorum.

¶ 5 Præte. Eccles. 3. 4. dicitur, Ab immundo quod dabatur, sed cuius uitula rufe, quæ comburebat immundus erat, quia immundus reddebat. Non enim Num. 19. quo dñsacerdos qui immobilius commaculatus erat, usque ad vesperum. Similiter & ille qui cani comburebat, & etiam ille qui quæneres colligebat, ergo inconuenienter prædicti ibi fuit, ut per huiusmodi cinerem ibi aperire mundi purificarentur.

¶ 6 Præte. Peccata non sunt aliquid corporalium, sed deferri de loco ad locum, neq; etiam per aliquid mundum potest homo a peccato mundari, inconuenienter igitur ad expiationem peccatorum præcerdos super unū hircorum cōfitebatur peccatum Israel, ut portaret ea in desertum per alium.

quo vtebatur ad purificationes, simul cu[m] uitulo cō. A burentes extra castra, immundi reddebantur, ira & oportebat eos lauare vestimenta, & carnem aqua. ¶ Præt. Illud quod iam est mundatum, nō oportet iterum mundari. Inconuenienter igitur mundata lepra hominis, vel etiam eius domus, alia purificatio adhibebatur, ut habetur Leuit. 14.

¶ Præt. Spiritualis immunditia non potest per corporalem aquam, vel pilorum rasuram emundari. Irrationabile igitur uidetur, q[uod] Dominus præcepit Exod. 30, vt fieret lictum æneum cum basi sua ad lavandum manus, & pedes sacerdotum, qui ingressu[m] erant tabernaculum. & quod præcipitur Num. 8. quod Leuitæ abstergerent aqua lustrationis, & raderent omnes pilos carnis suæ.

¶ Præt. Quod maius est, non potest sanctificari per illud quod minus est. Inconuenienter igitur per quādam vñctionem corporalem, & corporalia sacrificia, & oblationes corporales, siebat in lege consecratio maiorum, & minorum sacerdotum, vt habeat Leuit. 8. & Leuitarum, vt habetur Num. 8.

¶ Præt. Sicut dicitur 1. Reg. 16. Homines uident, ea quæ patent, Deus autem intuetur cor: sed ea quæ exterius patent in homine, est corporalis dispositio, & indumenta. Inconuenienter igitur sacerdotibus maioribus & minoribus quādam specialia vestimenta deputabantur, de quibus habetur Exo. 28. & fine ratione videtur, q[uod] prohiberetur aliq[ui], a sacerdotio pp corporales defectus, fm quod dicitur Leuit. 21. Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo si caecus fuerit, vel claudus &c. sic igitur videtur quod sacramenta veteris legis irrationalib[us] fuerint.

Sed contra est, quod dicitur Leuit. 20. Ego sum Dominus qui sanctifico uos: sed a Deo nihil sine ratione fit, dicitur enim in psalm. 103. Omnia in sapientia fecisti, ergo in sacramentis ueteris legis, quæ ordinabantur ad hominum sanctificationem, nihil erat sine rationali causa.

Respon. Dicendum, q[uod] sicut supra dictum est, * Sacramenta proprie dicuntur illa, quæ adhibebantur Dei cultoribus ad quādam consecrationem, q[uod] quam. s. deputabantur quādammodo ad cultum Dei. Cultus autem Dei generali quidem modo pertinebat ad totum populum: sed speciali modo pertinebat ad sacerdotes & Leuitas, qui erant ministri cultus diuinii. Et ideo in istis sacramentis veteris legis quādam pertinebant communiter ad totū populum: quādam autem specialiter ad ministros, & circa utroque tria erant necessaria. Quorum primum est, institutio in statu colendi Deū: & haec quidem in statu cōiter quantum ad omnes siebat per circumcisionem, sine qua nullus admittebatur ad aliquid legalium: quantum vero ad sacerdotes, per sacerdotum consecrationem. Secundò, requireretur uetus eorum, quæ pertinent ad diuinū cultum: & sic quantum ad populum erat efsus paschalis conuiuii, ad quem nullus incircusius admittebatur, ut patet Exo. 12. & quantum ad sacerdotes oblationis victimatum, & efsus panum propositionis, & aliorum, quæ erant sacerdotum vībus deputata. Tertiò, requirebatur remoto eoru[m], per quæ aliqui impeditabant a cultu diuino, s. immunditiarum: & sic quantum ad populum erant instituta quāda purificationes a quibusdā exterioribus immunditiis, & etiam expiations a peccatis. Quantū verò ad Sacerdotes & Leuitas erat instituta ablution manū, &

pedum, & raso pilorum. Et hæc omnia habebat rationabiles causas, & literales, secundum quod ordinabatur ad cultum Dei pro tempore illo: & figurales, secundum quod ordinabantur ad figurandum Christum, ut patebit per singula discurrenti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod literalis ratio circuncisionis principialis quidem fuit ad protestationem fidei vnius Dei. Et quia Abraham fuit primus, qui se ab infidelibus separauit exiens de domo sua, & de cognatione sua, ideo ipse primus circuncisionem accepit: & hanc causam assignat Apostolus ad Ro. 4. Signum acceptum circuncisionis signaculum iustitiae fidei, quæ est in præcepto: quia, si hoc legitur, Abraham fides reputata ad iustitiam, q[uod] contra spem in spem credit, s. contra spem natura in spem gratiæ, vt fieret pater multarum gentium, cum ipse esset senex, & uxor sua esset anus & sterilis. Et ut hæc protestatio, & imitatio fidei Abrahæ firmaretur in cordibus Iudeorum, acce perunt lignum in carne sua, cuius obliuisci non posseunt: unde dicitur Gene.

17. Erit paclum meum in carne vel train fœdus æternum. Ideo autem siebat octaua die, quia ante a puer est valde tenellus, & posset ex hoc grauius ladi, & repratur adhuc quasi quiddam non solidatum: unde etiam nec animalia offerabantur ante octauum diem. Ideo vero non magis tardabatur, ne propter dolorem aliqui signum circuncisionis refugerent, & ne parentes etiam, quorum amor increscit ad filios, post frequentem conuersationem, & corum augmentum, eos circuncisioni subtraherent. Secundū ratio esse potuit ad debilitationem concupiscentię in membro illo. Tertia ratio est, in sugillationem sacrorum Veneris & Priapi, in quibus illa pars corporis honorabatur. Dominus autem non prohibuit nisi incisionem, quæ in cultu idolorum siebat, cui non erat similis prædicta circuncisio. Figuralis vero ratio circuncisionis erat, quia figurabatur ablatio corruptionis fienda per Christum, quæ perfectè complebitur in octaua aetate, quæ est aetas resurgentium. Et quia omnis corruptio culpe, & poena prouenit in nos per carnalem originem ex peccato primi parentis, ideo talis circuncisio siebat in membro generationis: unde Apostolus dicit ad Col. 2. Circuncisi estis in Christo circuncisio non manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione Domini nostri Iesu Christi.

Ad II. Dicendum, q[uod] literalis ratio conuiuii paschalis fuit in commemorationem beneficij quo Deus eduxit eos de Aegypto: unde per huiusmodi conuiuii celebrationem profitebantur se ad illū populu[m] pertinere, quem Deus sibi assumpserat ex Aegypto. Q[uod] enim fuerunt ex Aegypto liberati, præceptum est eis, vt sanguine agni linirent superliminaria domoru[m], quasi protestantes se recedere a ritibus Agyptiorum, qui aritem colebant: unde & liberati sunt per sanguinem agni aspercionem, uel linitionem in postibus domorum, a periculo exterminii, quod imminebat Aegyptiis. In illo autem exitu eorum de Aegypto duo fuerunt, scilicet, festinatio ad egredendum, impellebant enim eos Aegypti, ut exiret velociter, ut haberet Exo. 12. Imminebatq[ue] perculum ei, qui nō festinaret exire cum multitidine, ne remanens occideretur ab Aegyptiis. Festinatio autem designabatur dupliciter. Vno quidē mō per ea quæ comedebant: præceptum enim eis erat, q[uod] comedenter panes azymos in huius signum, quod non poterant fermentari cogentibus exire Aegy-

Prima Secundæ S.Tho. FF 4 ptiis,

Circuncisio
nis ratio.

De eſu, &
comætione
agni.

QVAEST. CII.

ptis, & quod comedenter assūm igni: sic enim velo cius præparabatur: & quod os non comminuerent ex eo, quia in festinātia non vacat ossa frangere. Alio modo quantum ad modum comedendi, dicitur enim: Renes vestros accingetis, calceamēta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manib⁹, & comedetis festinanter: quod manifeste designat homines existentes in promptu itineris. Ad idem etiā pertinet, quod eis præcipitur: In una domo comedetis, neque feretis de carnibus eius foras: quia s. propter festinātiā non vacabat inūc mittere xenia. Amaritudo autem, quam passifuerant in Aegypto, significabatur per lactucas agrestes. Figuralis autem ratio patet, quia per immolationē agni paschalis significabatur immolatio Christi, secundū illud 1. ad Corin. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus. Sanguis verò agni liberans ab exterminatore, linitis superluminaribus domorum, significat fidem Passonis Christi in corde, & ore fidelium, quam liberarum a peccato, & a morte, secundum illud 1. Petr. 1. Redēpti eis pretioso sanguine agni immaculati. Comedebantur autem carnes illae ad significandū esum corporis Christi in sacramento. Erant autem assūm igni, ad significādū passionem, vel charitatem Christi. Comedebantur autem cum azymis panibus, ad significandā puram conuersationem fidelium sumentum corpus Christi, fin illud 1. ad Cor. 5. Epulemur in azymis sinceritatis, & veritatis. Laetucē autem agrestes addebat, in signum pœnitentiæ peccatorum, quæ necessaria est sumentibus corpus Christi. Renes autem accingendi sunt cingulo castitatis: calceamenta autē pedum sunt exempla mortuorum patrum: baculi autem habendi in manibus, significant pastoralem custodiā. Præcipitur autē, quod in una domo agnus paschalis comedatur, id est, in ecclēsia catholicorū, non in conuenticulis hereticorū.

AD 111. dicendum, q̄ quādam sacramēta nouæ legis habuerunt in veteri lege sacramenta figuralia sibi correspondentia. Nā circūcīsionē rñder baptīmus, qui est fidei sacramentū: unde dicitur ad Col. 2. Circūcīs eftis in circūcīsione Dñi nostri Iesu Christi, consupulti ei in baptīsmō. Coniūtiō vero Agni paschalis responderet in noua lege sacramentū Eucharīstī. Omnibus autem purificationibus veteris legis responderet in noua lege sacramentū pœnitentiæ. Cōfērationi autem Pontificis, & sacerdotū responder sacramentum ordinis. Sacramēto autē confirmationis, quod est sacramentum plenitudinis gratiæ, non potest respondere in veteri lege aliquod sacramentū: quia nondum aduenerat tēpus plenitudinis, eo quod neminem ad perfectum adduxit lex. Similiter autem, & sacramento extremae vñctiōnis, quod est quādam immediata præparatio ad introitum gloriae, cuius aditus nondum patebat in veteri lege, pretio nondum soluto. Matrimonii autem fuit quidem in veteri lege, prout erat in officiū naturæ: non autem prout est sacramentum coiunctionis Christi, & ecclesiæ, quæ nondum erat facta, vnde & in veteri lege dabatur libellus repudiū, qđ est contra sacramentū rationem.

AD 111. Dicendū, q̄ sicut diētū est, * purifications veteris legis ordinabātur ad remouēdū impedimenta cultus diuinī: qui quidem est duplex. s. spiritualis, qui cōsistit in deuotione mentis ad Deū: & corporalis, qui cōsūtit in sacrificiis, & oblationibus, & aliis huiusmodi. A cultū autem spirituali im-

pediuntur homines per peccata, quibus homines pollui dicebantur, sicut per idolatriam & adulterium, & incestus. Et ab ipsis populis purificabantur homines per aliqua sacrificia communiter oblatā pro tota multitudine, ut pro peccatis singulorū. Non quod sacrificiū carnalia haberent ex seip̄s uirtutem expandi, sed quia significabant expiationē peccatorum futurā per Christum, cuius participes etiam antiqui, protestantes fidem Redemptoris figuris sacrificiorū. A cultū verò exteriō diebantur homines per quadam immunditiae porales, quæ quidem primo considerabantur minibus, & consequenter etiam in aliis animalibus & in vestimentis, & domibus, & uasis. In hominibus quidem immunditia reputabatur partis quæ ex ipsis hominibus, partim autem ex contactu immundarum. Ex ipsis autem hominibus immundus reputabatur omne illud, quod corruptionem aliquam iam habebat, uelerat corruptionē: & ideo quia mors est corruptio quādam uer hominis reputabatur immundus. Similiter quia lepra ex corruptione humorum contingit, etiam exteriō erumpit, & alios inficiunt, etiam reputabantur immundi. Similiter etiam clerices patiētes sanguinis fluxum sive per infirmum, sive etiam per naturam, vel temporibus struis, vel etiam tempore conceptionis: & cuncte viri reputabantur immundi, fluxum sive patientes, vel per infirmitatem, vel per pollutionem nocturnam, vel etiam per coitum. Nam omnem miditas predictis modis ab homine egrediā immundam infectionem habet. In omnibus hominibus immunditia quādam ex contactu cunctū retum immundarum. Itarum munditiarum erat ratio & literalis, & figuralis quidem propter reuerentiam eorum, diuinum cultum pertinent, tum quia hominum tias res contingere non solent, cum fuerint mundi: tum etiam vt ex ratio accessu ad factis venerarentur. Cum n. omnes huiusmodi ditias raro aliquis cauere posset, contingebat raro poterant homines accedere ad attingendū quæ pertinebant ad diuinum cultū: & fieri accedebant, cū maiori reuerentia, & humilitate accedebant. Erat autem in quibusdam horatio literalis, ut homines nō reformidarent acceditū ad diuinum cultū, quasi refugientes conformis prosorū, & similiū infirmorum, quorum multus abominabilis erat, & cōtagiōsus. In quibusdam ratio erat ad vitandum idolatriæ cultū: quæ tiles in ritu suorum sacrificiorū vrebantur, doque & humano sanguine, & lenime. Omitem huiusmodi immunditiae corporales purificantur, vel per solam aspergitionem aquæ: vel quare crux erant, per aliquod sacrificium ad expansionem catatum, ex quo tales infirmitates contingebant. Autem figuralis harum immunditiarum, per huiusmodi exteriōes immunditiae figurae diuerfa peccata. Nam immunditia cadavera, cuncte significat immunditiam peccata, qđ est anima. Immunditia autem lepræ significat diuiditiam hereticæ doctrinæ, tum quia heretici, & falsa doctrina est, sicut & lepratum quia illa falsa doctrina est, quæ vera falso non admittit, etiam in superficie corporis leprosi apparet, distinctio quarundam macularū ab alia care-

De variis
immunditie
& earum re-
nabū parti-
cajone.
In cor. art.

gra. Per immunditiam autem mulieris fanguifluæ, A designatur immunditia idolatriæ, propter immunditium cruentum. Per immunditiam vero viri seminifui, designatur immunditia vana locutionis, eo quod semen est verbum Dei. Per immunditiam vero coitus, & mulieris parientis designatur immunditia peccati originalis. Per immunditiam vero mulieris menstruatae, designatur immunditia mentis per voluptates emollitæ. Vnuerfaliter vero per immunditiam contractus rei immunda, designatur immunditia consensu in peccatum alterius, secundum illud 2 ad Corinth. 6. Exite de medio eorum, & separamini, & immundum ne tetigeritis. Huiusmodi autem immunditia cōtactus deriuabatur etiam ad res inanimatas: quicquid enim quo cunque modo tangebat immundus, immundum erat. In quo lex artenuauit superstitionem Gentilium, qui non solū per contractum immundi dicebant immunditiam contrahiri, sed etiam per collocationem, aut per aspectum, ut Rabbi Moyses dicit de muliere menstruata. Per hoc autem mystice significabatur id, quod dicitur Sapien. 14. Similiter odio sunt Deo impius, & impietas eius. Erat autem & immunditia quādam ipsarum terum inanimatorum secundum se, sicut erat immunditia lepræ in domo, & in vestimentis. Sicut enim morbus lepræ accidit in hominibus ex humore corruptio putrefaciens carnem & corrumpebat, ita etiam propter aliquam corruptionem & excessum humiditatis, vel siccatiatis fit quandoque aliqua corrosio in lapidibus domus, vel etiam in vestimentis. Et ideo hanc corruptionem vocabat lex lepræ, ex qua domus, vel vestis immunda iudicaretur, tum quia omnis corruptio ad immunditiam pertinebat, vt dictum est: * tumetia quia circa huiusmodi corruptionem Gentiles Deos penates colebant. & ideo lex precepit huiusmodi dominus, in quibus fuerit talis corruptio peruerterans, defrui, & vestes comburi, ad tollendam idolatriæ occasionem. Erat etiā & quādam immunditia vasorum, de qua dicitur Num. 19. Vas, quod non habuit cooperulum, & ligaturam defixi, immundum erit, cuius immunditia causa est: quia in talia vasā de facili poterat aliquid immundum cadere, vnde poterant immundari: erat etiam hoc praeceptum ad declinandam idolatriam. Credebat enim idolatre, quod si mures, aut lacerte, vel aliquid huiusmodi, quæ immolabant idolis, caderent in vase, vel in aquas, quod esset diis gratiosa. Adhuc etiam aliqua mulierculæ vase dimittunt dispensat in obsequium nocturnorum numinum, quæ lanas vocant. Harum autem immunditiarū ratio est figuralis, quia per lepram domus, significatur immunditia congregationis hæreticorum: Per lepram vero in veste linea, significatur peruersitas mortis ex amaritudine mentis: Per lepram vero vestis lance, significatur peruersitas adulatorū: Per lepram in stamine, significatur vitia animæ: Per lepram vero in subtegmine, significatur peccata carnalia. sicut enim stamen est in subtegmine, ita anima in corpore. Per vas autem, quod non habet cooperulum negligaturam, significatur homo qui nō habet aliud velamen taciturnitatis, & qui non constringitur aliqua censura discipline.

Ad v. dicendum, quod sicut dictum est, * duplex criminunditiam in lege, Vna quidem per aliquam corruptionem mentis, vel corporis: & hæc cuia immunditia maior erat. Alia vero erat immunditia ex solo contactu rei immunda: & hæc minor erat, &

A faciliori ritu expiabatur. Nam immunditia prima expiabatur per sacrificia pro peccato, quia omnis corruptio procedit ex peccato, & peccatum significat: sed secunda immunditia expiabatur per solam aspersionem aquæ cuiusdā, de qua quidem aqua expiationis habetur Numer. 19. Mandatur enim ibi à Domino, quod accipiant vaccam rufam in memoriā peccati, quod commiserunt in adoratione vituli. Et dicitur vacca magis, quam vitulus, quia sic Dominus synagogam vocare consuevit, secundum illud Osee 5. Sic vacca lascivius declinavit Israhel. Et hoc forte ideo, quia vaccas in morem Aegyptij coluerunt, secundum illud Osee 10. Vacas Bethauen coluerunt. Et in defestationem peccati idolatriæ immolabatur extra castra: & ybicunque sacrificium siebat pro expiatione multitudinis peccatorum, cremabatur extra castra totum. Et ut significaretur per hoc sacrificium emundari populus ab inuersitate peccatorum, intingebat sacerdos digitū in sanguine eius, & aspergebat contra fores Sanctorum septē vicibus, quia septenarius numerus universitatem significat. Eripfa etiam aspersio sanguinis pertinebat ad defestationem idolatriæ, in qua sanguis immolatius non effundebatur, sed congregabatur, & circa ipsum homines comedebant in honorem idolorum. Comburebatur autem in igne, vel quia Deus Moysi in igne apparuit, & in igne data est lex: vel quia per hoc significabatur, quod idolatria totaliter erat extirpanda, & omne quod ad idolatriam pertinebat, sicut vacca, cremabatur cū pelle & carnibus, sanguine & fimo flammæ traditis. Adiungebat etiam in combustionē lignum cedrinū, hyssopus, coccusque bis tintus, ad significandum, quod sicut ligna cedrina non de facili putrescent, & coccus bis tintus non amittit colorem, & hyssopus retinet etiam odorem postquam fuerit delicatus: ita etiam hoc sacrificium erat in cōfertuacionem ipsius populi, & honestatis, & deuotionis ipsius. Vnde dicitur de cineribus vaccae, vt sint multitudo filiorum Israel in custodiā. Vel secundum Iosephum, * quatuor elemēta significata sunt. Igni enim apponebatur cedrus, significans terram propter sui terrestreitatem: hyssopus significans acrem propter odorem: coccus significans aquam eadem ratione qua etiā purpura, propter tinturas, quæ ex aquis sumuntur, vt per hoc exprimeretur, quod illud sacrificium offerebatur Creatori quartuor elementorum. Et quia huiusmodi sacrificium offerebatur pro peccato idolatriæ, in eius defestationem & comburens, & cineres colligens, & ille qui aspergit aquas, in quibus cinis ponebatur, immundi reputabatur: vt per hoc ostenderetur, quod quicquid quo cunque modo ad idolatriam pertinet, quasi immundus est abiiciendum. Ab hac autem immunditia purificabantur per solam vestimentorum ablutionem. Nec indigebant aqua aspergi propter huiusmodi immunditiam: quia sic esset processus in infinitum. Ille enim qui aspergebat aquā, immundus siebat: & sic si ipse seipsum aspergeret, immundus remaneret: si autem alius cum aspergeret, ille immundus esset: & similiter ille qui illum aspergeret, & sic in infinitum. Figuralautem ratio huius sacrificij est, quia per vaccā rufam significatur Christus secundum infirmitatem assumptam, quam foeminius sexus designat: sanguinem autem passionis eius designat vacce color. Erat autem vacca rufa ætatis integræ: quia omnis operatio Christi est

Lib. 3. Anti-
quitatum.
cap. 7.

Sit est perfecta, in qua nulla erat macula, nec portauit iugum peccati. Præcipitur autem adduci ad Moy sen: quia imputabant ei transgressionem Moysicæ legis in violatione Sabbathi. Præcipitur autem tradi Eleazaro sacerdoti, quia Christus occidens in manus sacerdotum traditus est. Immolatur autem extra castra, quia extra portam Christus passus est. Intingit autem sacerdos digitum in sanguine eius, quia per discretionem, quam digitus significat, mysterium passionis Christi est considerandum, & imitandum. Aspergitur autem contra tabernaculum, per quod synagoga designatur, vel ad condemnationem ludeorum non credentium, vel ad purificationem credentium. Et hoc septem vicibus, vel propter septem dona Spiritus Sancti: vel propter septem dies, in quibus omne tempus intelligitur. Sunt autem omnia quæ ad Christi incarnationem pertinent, igne cremandæ, id est, spiritualiter intelligenda: nam per pellem & carnem, exterior Christi operatio significatur: per sanguinem, subtilis & interna virtus exteriora facta verificans: per simum, assitudo, sitis, & omnia huiusmodi ad infirmitatem pertinentia. Adduntur autem tria, scilicet cedrus, quod significat altitudinem spei, vel contemplationis: hyssopus, quod significat humilitatem: vel fidem: coecus bis tinctus, quod significat geminam charitatem: per hæc enim debemus Christo passo adhucere. Iste autem cinis combustionis colligitur à viro mundo, quæ reliquæ passionis permanenterunt ad Gentiles, qui non fuerunt culpabiles in Christi morte. Apponuntur aurem cineres in aqua ad expiandum, quia ex passione Christi baptismus fortitudine virtutem emundandi peccata. Sacerdos autem qui immolabat & comburebat vaccam, & ille qui comburebat, & qui colligebat cineres, immundus erat & etiam qui aspergebat aquam: vel quia Iudei sunt facti immundi ex occidente Christi, per quam nostra peccata expiantur. & hoc usque ad vesperum, id est, usque ad finem mundi, quando reliquæ Israhel converterentur: vel quia illi qui tractant sancta, intendent ad emundationem aliorum, ipsi etiam aliquas immundicias contrahunt, vt Greg. dicit in pastorali, & hoc usque ad vesperum, id est, usque ad finem præsentis vitæ.

Ad vi. dicendum, quod sicut dictum est, * immunditia quæ ex corruptione proveniebat vel mentis, vel corporis, expiabatur per sacrificia pro peccatis singulorum: sed quia aliqui negligentes erant circa expiationem huiusmodi peccatorum & immunditarum, vel etiam propter ignorantiam ab expiacione huiusmodi desistebant, institutum fuit, ut semel in anno decima die septimi menses fieret sacrificium expiacionis pro toto populo. Et quia sicut Apostolus dicit ad Hebr. 7. Lex constituit homines sacerdotes infirmitatem habentes, oportebat quod sacerdos prius offerret pro seipso vitulum pro peccato in commemorationem peccati, quod Aaron fecerat in confitacione vituli aurei: & arietem in holocaustum, per quod significabatur, quod sacerdos prælatio, quam aries designat, qui est dux gregis, erat ordinanda ad honorem Dei. Deinde autem offerebat pro populo duos hircos: quorunus immolabatur ad expiandum peccatum multitudinis. Hircus enim animal fortidum est, & de pilis eius sunt vestimenta pungentia, ut per hoc significaretur factor & immunditia aculei peccatorum. Huius autem hirci immolati sanguis inferebatur si-

mul etiam cum sanguine vituli in Sancta Sanctorum & aspergebatur ex eo totum Sanctuarium, significandum, quod tabernaculum emundabatur immunditijs filiorum Israel. Corpus vero hinc vituli, quæ immolata sunt pro peccato, oportebat comburi, ad ostendendum consummationem peccatorum. Non autem in altari, quia ibi non comburebant totaliter nisi holocausta; unde manum erat, ut comburerentur extra castra in distinctionem peccati. hoc enim fiebat, quando cum immolabatur sacrificium pro aliquo graui peccato vel pro multitudo peccatorum. Alter vero immitebatur in desertum, non quidem ut officio Dæmonibus, quos colebant Gentiles in desertu, quia eis nihil licet immolari, sed ad significationem effectum illius sacrificii immolati: & inde sacerdos imponebat manum super caput eius contens peccata filiorum Israel, ac si ille hircus depararet ea in desertum, ubi a bestiis comedentur, quasi portans peccatum pro peccatis populi. Dicitur autem portare peccata populi, vel quia in emissione significabatur remissio peccatorum populi: vel quia colligebatur super caput cinalis schedula, ubi erant scripta peccata. Ratio autem generalis horum erat, quia Christus significavit vitulum propter virtutem: & per aritem, quod est dux fidelium, & per hircum propter similitudinem carnis peccati, & ipse Christus est immundus pro peccatis, & sacerdotum, & populi quia per passionem & maiores, & minores a peccatis contaminatur. Sanguis autem vituli & hirci inferuntur a Pontifice: quia per sanguinem populi Christi patet nobis introitus in Regnum caelorum. Comburuntur aurem corum corpora extra quæ extra portam Christus passus est, ut Apelles ad Hebr. v. 1. Per hircum autem qui emundatur significari vel ipsa diuinitas Christi, quæ similitudinem abicit, homine Christo patiente, nondem locum mutans, sed virtutem colibens, significatur concupiscentia mala, quam debet nobis abijcere, virtuosos autem motus Deum immolare. De immunditia vero corum quæ modi sacrificia comburebant, eadem ratio est, in sacrificio vitula rufa dicta est.*

Ad vii. dicendum, quod per ritum legis leprosum emundabatur à macula leprosa, sed emundatus debatur. Et hoc significatur Leuit. 14. cum dicitur de Sacerdote. Cum inuenierit lepram esse cuncta, præcipiet ei qui purificari latet ergo lepra manifestata erat: sed purificari dicebatur, in quantum indicabat sacerdos restituere cōsortio homini & diuino. Contingebat tamen quandoque, ut diuinum miraculo per ritum legis corporalis mundare, praeterea sacerdos decipiebatur in iudicio. Hoc modi autem purificatio leprosi dupliciter fierebat: primo iudicabatur esse mundus: secundo autem restituiebatur tanquam mundus consortio homini & cultui diuino, scilicet post septem dies. In primum purificatione offerebat pro se leprosis mundus duos passeris viuos, & lignum cedrinum, & miculum, & hyssopum, hoc modo, ut filo cedri ligarentur passer & hyssopus simul cum signo cano: ita scilicet quod lignum cedrinum, & coccus manubrium aspersorij: hyssopus verò & pallens id quod de aspersorio tingebatur in sanguine, & rufus passeris immolati in aqua viuis. Hec autem tuor offerebat contra quatuor defectus leprosorum:

De vienli &
aricu & hir
ci sacrificijs.
*ad 4. argu
huius art.

contra putredinem offerebatur cedrus, quæ est arbor imputribilis: contra factorem, bysopus quæ est herba odorifera: contra insensibilitatem, passer viuus: contra turpitudinem coloris, vermiculus qui habet viuum * colorem. Passer vero viuuus aduolare admittebatur in agrum: quia leprosus restituebatur prisina libertati. In octavo vero die admittebatur ad cultum diuinum, & restituebatur consortio hominum. Primo tamen rasis pilis totius corporis & vestimentis, eo quod lepra pilos corrodit, & vestimenta coinquinat, & foetida reddit. Et postmodum sacrificium offerebatur pro delicto eius: quia lepra plerunque inducit pro peccato. De sanguine autem sacrificij tingebatur extrellum auriculae dextræ ipsorum, & pollices pedis aut manus dextre, ut scilicet essent obedientes legi Dei in oblatione sacrificiorum, quod significatur in intinctione auris dextræ: & quod essent solliciti, & prompti in execuzione sacrificiorum, quod significatur in intinctione pedis & manus dextræ. Aspergebantur etiam ipsi & vestimenta corum sanguine animalis immolati in memoriam sanguinis agni, per quem fuerunt liberati in Aegypto. Offerebantur autem in eorum consecratione huiusmodi sacrificia, Vitulus pro peccato, in memoriam remissionis peccati Aaron circa conflationem vituli. Aries in holocaustum, in memoriam oblationis Abrahæ, cuius obediens Pontifex imitari debebat. Aries etiam cōsecrationis, qui erat quasi hostia pacifica, in memoriam liberationis de Aegypto per sanguinem agni. Canistrum autem pannum, in memoriam manuæ praestiti populo. Pertinebat autem ad applicationem ministerij, quod imponebatur super manus eorum, adeps arietis, & torta panis vnius, & armus dexter, ut ostenderetur, quod accipiebant potestatem huiusmodi offerendi Domino. Leuitæ vero applicabantur ad ministerium per hoc, quod intromittebantur in tabernaculo fœderis, quasi ad ministrandum circa vas sanctuarium. Figuralis vero horum ratio erat, quia illi qui sunt conferandi ad spirituale ministerium Christi, debent primo purificari per aquam baptismi & lachrymarum in fide passionis Christi, quod est expiatum & purgatum sacrificium. Et debent radere oes pilos carnis, i.e. oes prauas cogitationes, debent etiam ornari virtutibus, & cōsecreti oleo Spiritus Sancti, & a sparsione sanguinis Christi, & sic debent esse int̄i ad exequenda spiritualia ministeria.

Ad x. dicendum, quod sicut populus instituebatur ad cultum Dei per circumcisio[n]em, ita minister per aliquam speciale[m] purificationem, vel consecrationem: vnde & separari ab alijs præcipiuntur, quasi specialiter ad ministerium cultus diuini præ alijs deputati. Et totum quod circa eos fiebat in eorum consecratione, vel institutione, ad hoc pertinebat, ut ostenderetur eos habere quandam prærogatiu[m] puritatis, & veritatis, & dignitatis. Et ideo in institutione ministrorum tria fiebant. primo enim purificabantur: secundo ordinabantur & consecrabantur: tertio applicabantur ad ultimum ministerij. Purificabantur quidem cōmuniter omnes per ablutionem aquæ, & per quadam sacrificia. Specialiter autem Leuitæ radebant omnes pilos carnis suæ, ut habeatur Leuit. 8. Consecratio vero circa circa P[ontifice] Sacerdotes hoc ordine fiebat, primo enim postquam abluti erant, induebantur quibusdam vestimentis specialibus pertinentibus ad designandum dignitatem ipsorum. Specialiter autem Pontifex oleounctionis in capite vngebatur, ut designaretur, quod ab ipso diffundebatur potestas consecrandi ad alios, sicut oleum à capite decinatur ad inferiora, ut habeatur in Psalm. 132. Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Leuitæ vero non habebant aliam consecrationem, nisi quod offerebantur Domino à

* De ornamento, va-
rijs ministeriorum Dni.
In foli. ar-
gu 8. & ar-
gu 4. hanc q.

in pectore, & coniungebatur superhumerali. Et in hoc rationali erat duodecim lapides pretiosi distincti per quatuor ordines, in quibus etiam sculpta erat nomina filiorum Israhel, quasi ad designandum, quod ferret onus totius populi per hoc, qd habebat nomina eorum in humeris, & qd ingiter debebat de eoru salute cogitare per hoc, qd portabat eos in pectore, quasi in corde habens. In quo etiam rationali mandauit Dominus ponit doctrinam & veritatem: quia quedam pertinientia ad veritatem iustitiae & doctrinam scribebantur in illo rationali. Iudei tamen fabulantur, qd in rationali erat lapis, qui secundu diversos colores mutabatur secundum diuersa, quae debebat accidere filiis Israel: & hoc vocant veritatem & doctrinam. Quintum erat baltheus, i. cingulus quidam factus ex praedictis quatuor coloribus. Sextum erat tiara, i. mitra quedam de byssio. Septimum autem erat lamina aurea, pendens in fronte eius: in qua erat scriptum nomen Domini. Octauum autem erant femoralia linea, vt operient carnem turpidinis sua quando accederent ad Sanctuarium, vel ad altare. Ex istis autem octo ornamenti minores sacerdotes habebant quatuor, scilicet tunica lineam, femoralia, baltheum, & tiaram. Horum ornamentorum quedam rationem literalem assignant, dicentes, qd in istis ornamenti designabatur dispositio orbis terrarum, quasi Pontifex protestaretur se esse ministrum Creatoris mundi, unde etiam Sap. 18. dicitur, qd in veste Aaron erat descriptus orbis terrarum. Nam femoralia linea figurabant terram, ex qua linum nascitur: balthei circuoluolio significabat Oceanum, qui circumgredit terram. Tunica hyacinthina suo colore significabat aerem, per cuius tintinabula significabantur tonitrua; per mala granata coruscationes. Superhumerale vero significabat sua varietate celum sydereum: duo onychini duo hemisphaeria, vel Sol & Lunam. Duodecim gemae in pectore, duodecim signa in Zodiaco, quae dicebantur posita in rationali: quia in celestibus sunt rationes terrenorum, fm illud Iob. 38. Nūquid nosti ordinem celi, & ponis rationem eius in terra? Cidaris autem vel tiara significabat caelum empyreum: lamina aurca Deum oibus praesidentem. Figuralis vero ratio manifesta est. Na maculae, vel defecus corporales, a quibus debebat sacerdotes esse immunes, significant diuersa virtus & peccata, quibus debent carere. Prohibetur enim esse caecus, i. ne sit ignorans: ne sit claudus, i. infatilis, & ad diuersa se inclinans: ne sit paruo, vel grandi, vel torto naso, i. ne per defectum discretionis, vel in plus, vel in minus excedat, aut etiam aliqua prauia exerceat, per nasum, n. discretio designatur, quia est discretius odoris. Ne sit fracto pede, vel manu, i. ne amittat virtutem bene operandi, vel procedendi in virtute. Repudiatur etiam si habeat gibbum vel ante, vel retro, per quem significatur superflius amor terrenorum. Si est lippus, i. per carnalem affectionem eius ingenii obscuratur: contingit enim lippitudo ex fluxu humoris. Repudiatur etiam si habeat albuginem in oculo, idest, presumptionem candoris iustitiae in sua cogitatione. Repudiatur etiam si habeat iugem scabiem, idest, petulatiam carnis. Et si habuerit impetiginem, quae sine dolore corpus occupat, & membrorum decorum sedat, per quam auaritia designatur. Et etiam si sit herniosus, vel ponderosus, qui scilicet gestat pondus turpidinis in corde, licet non exerceat in opere. Per ornamenta vero designantur virtutes ministrorum Dei. Sunt autem quatuor, quae sunt necessaria omnibus

F ministris, scilicet, castitas, quae significatur per tunicam. Puritas vero vita, quae significatur per cingulum. Et rectitudine intentionis, quae significatur per tiaram, protegentem caput. Sed praefatrices debent quatuor habere. Primo quidem De memoriā in contemplatione: & hoc figura lamina aurea habens nomen Dei in fronte, dō, qd supportet infirmitates populi: quod significatur superhumerale. Tertio, qd habeat populum inde & in visceribus per solitudinem charitatis significatur per rationale. Quarto, quod habeat conuersationem coelestem per opera perfecta, quod significatur per tunicā hyacinthinam, & tunica hyacinthina adiunguntur in extremis tintinabula aurea, per quae significatur doctriunā, quae debet coniungi coelesti conuenti Pontificis. Adiunguntur etiam mala punica, quae significatur unitas fidei & concordia in moribus: quia sic coniuncta debet esse una, vt per eam fidei & pacis unitas non rumpantur.

ARTICULUS VI.

Vtrum fuerit aliqua rationalis causa observationis ceremonialium.

AD SEXTVM sic proceditur. Videntur quantiarum ceremonialium nulla fuerit nobilis causa. Quia vt Apostolus dicit ad Tim. Omnis creatura Dei est bona, & nihil reijicit quod cum gratiarum actione percipitur. Inconvenienter igitur prohibiti sunt ab vīo quoniam borum tantum immundorum, vt pater L.

¶ 2 Præt. Sicut animalia dantur in cibum nostra etiam & herbae, vnde dicitur Genes. 9. Quod viventia dedi vobis omnem carnem: sed lex non distinxit aliquas immundas, cum in qua illarum sint maximè noxiæ, ut pura ergo videtur, quod nec de animalibus aliqui rint prohiberi tanquam immunda.

¶ 3 Præt. Si materia est immunda, ex qua aliqui ratur, pari ratione videtur, qd id qd generari sit immundum: sed ex sanguine generatur carne, igitur non oēs carnes prohibetur tanquam immunda, pari ratione nec sanguis debuit prohiberi immundus, aut adeps, qui ex sanguine generatur.

¶ 4 Præt. Dominus dicit Matth. 10. cos mendos qui occidunt corpus, quia post mortem non habent quid faciant: quod non efficiuntur in documentum homini cederet quid ex eo.

Multò igitur minus pertinet ad animalia omnia qualiter eius carnes decoquuntur. Irrationabili

videtur esse quod dicitur Exod. 23. Non comedendum in lacte matris sue.

¶ 5 Præterea. Ea que sunt primitiva in hominibus animalibus, tanquam perfectiora præcipuum mino offensi. Inconvenienter igitur præcipuum videtur.

¶ 6 Præt. Vestiumenta extra corpus hominis non igitur debuerunt quedam specialia vesti.

Iudei interdicunt, puta, quod dicitur Leuit. 18. quae ex duabus textis est, non indueris. & Deuteronomio 22. 5. Non indueris vestimenta feminina.

¶ 7 Præt. Memoria mandatorum Dei non